ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS

2. Hälfte 12. Jh. Seite 65v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



tudinis appetitum ignoret fauoris. Ne impense gratie ui
cissitudinem requirant. Audiant qd scriptum e. Cum facis
prandium aut cenam noli uocare amicos tuos neq; fratres
tuos. neq; cognatos. neq; uicinos diuites. ne forte et ipsi te
reuocent et fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium
uoca pauperes. debiles. claudos. cecos. et beatus eris quia
non habent unde retribuant tibi. Neq; que prebenda
sunt citius sero prebeantur. Audiant quod scriptum e.
Ne dicas amico tuo. uade et reuertere et cras dabo tibi cum
statim possis dare. Ne subobtentu largitatis ea que possi
dent inutiliter spargant. Audiant qd scriptum e. Sudet
elemosina in manu tua. Ne cum multa necesse sint pau
ca largiantur. audiant qd scriptum e. Qui parce seminat
parce et metet. Ne cum pauca oportet plurima prebe
ant. et ipsi post modum minime inopiam tolerantes adin
paciencia erumpant. audiant quod scriptum est. Non ut
alius sit remissio uobis autem tribulatio. sed ex qualitate una
habundantia. Illorum inopiam supplent ut et illorum habun
dantia ure inopie sit supplementum. Cum enim dantis
mens ferre inopiam nescit. si multa sibi subtrahit occasio
nem contra se in paciencie exquirit. Prius naq; pparan
dus e paciencie animus. et tunc aut multa sunt aut cunc
ta largienda. ne dum minus equanimiter inopia irruens
fertur et premisse largitatis merces pereat. et adhuc

scdm lucam

audiant